Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

"Bohecius die disciplina scolarium. Diligencia cuiuslibet operis obtusitas permollitur ..."

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

diuendum est
Moriere stultum est timere quod vitari non potest
Peger at iuuenis moriere omni enim conditio parata est obitum aut quandocumque moriere
Bene est dixit vir ubi est mors in motu mollis
In paupertate moriere non in paupertate est bonum sed in paupere
Forte moriere vel bellas vel bellles nam primum

Bohetius de disciplina scolarium
18

Diligentia cuiuslibet operis obtusitas permollitur
Logica est scientia veri et falsi indagatrix
Prudentia pax est sol in nichil perdet siue iustitia fortitudo aut pro sponsione simulata
Quinta curialiter cont tediosa sed non infructuosa
Grammatice fructuositas nullatenus obmittenda est quia eius labilibus scientia quaedam reddit
Qui non nouit subici nunquam nosceret se imperari
Miserum est illum esse magistrum qui non nouit se fuisse discipulum
Discipulus debet esse beniuolus docilis et attentus docilis in ingenio attentus in studio beniuolus in animo
Scolaris non debet esse dissolutus
Dissolutus dicitur ille qui inuisit prohibitos plateas tabernas et meretricum cellulas vel publica spectacula per pompas tuneas et similia
Discipulus non sit magistro violentus Non enim est dignus scientia qui se inspergit superbia
Iuuenis furore studeat se discipulus alienare
Mentiri est inferni ianua via iniquitatis scorpionis prestes vestimentum sceleris parens iniquitatis
Vinum moderate sumptum acuit ingenium immoderate autem sumptum perturbat rationem intellectum obtenebrat memoriam eneruat obliuionem immittit et perdit
Tamen aspernum laudius quod magistrum nochius

Discrecio discipuli gaudeat ingratum animum contempnendo diligat fidelis quod existat

Ve seducenti in principio incepcio plenarie confidit devianti dileccio

Non est dulcioris doctrine dignus qui amaritudinis continue neque infestum

Miserrimi quippe ingenii est uti inventis et non inveniendis

Alios docere est quippe facultas industria perfecta ut quis prius discat antequam doceat

Sic in omnibus quorum opere invenitur cum scientia ita communis doctrine et discipline est contraria negligentia

Sequuntur proverbia Salomonis

Sapiens verbis innotescit paucis

Sapiens in verbis producit se ipsum et facit amabilem

Stultus si tacuerit sapiens reputabitur

Verbum bonum mandatum optimum

Verbum bonum multiplicat amicos et mitigat inimicos

Ex habundancia cordis os loquitur

Et ne semel loquere ne revocere

Responsio mollis frangit iram

Sermo durus suscitat furorem

Qui prius respondit quam audit stultum se esse demonstrat et confusione dignum

Os quod mentitur occidit animam

Qui verba alterius repetit nichil aliud facit nisi quod istud irrisorie vel mendacem reddit

Omne quod agimus premeditari debemus

Qui tacet consentit qui consentit reus est

Inter duo mala minus malum eligendum est

Omnia opera a fine sunt probanda

Melius est opus non inchoare quam turpiter dimittere